

Hermann Schuckmann


Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Hermannus Schuckman, Theol. D. & Prof. Ad Exequias Quas Viro ... Dn. Joachimo Stockmanno, Philos. ac Medicinae Doctori, Professori emerito ... Marito & Parenti suo desideratissimo, Vidua & Liberi moestissimi ... Omnes omnium Ordinum Cives Academicos peramanter invitat : [P. P. Rostochi, sub Sigillo Academiae, die X. Iunii Anno 1653.]

Rostochii: Kilius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755914686>

Druck Freier  Zugang





Handwritten text on a faded label on the spine, including the word "PHYSICA" and other illegible characters.

KL-241(4)¹

Oldendorp: Warhafftige entschul-
dinge. Rostock, 1533

wurde aus dem Band gelöst.

Steht bei Rara -

KL-241. (4.) <SON>

bestrahlt 2000

PROGRAMMA

2^{vo}

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

HERMANNUS SCHUCKMAN,

Theol. D. & Prof.

Ad

Exequias

Quas

Viro Excellentissimo & Experientissimo

DN. JOACHIMO
STOCKMANNO, Philos. ac

Medicinæ Doctori, Professore emerito,

Civitatis hujus Physico; Collegii, tum Professo-
rum Amplissimi Senatus, tum Medici, Se-
niori dignissimo.

Marito & Parenti suo desideratissimo,
Vidua & Liberi moestissimi


*Hodie horâ 1. pomeridianâ solenniter para-
sas cupiunt.*

Omnes omnium Ordinum Cives Aca-
demicos peramanter invitat.

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLI, Academ. Typogr.

Anno M. DC. LIII.



NTà exercet cumulatùs dolor laceratam
per semestre, & quod excurrit, breve
spacium, triplici vulnere almam nostrā
matrem Academiam: Neq; enim illa
subactæ eruditionis *Theologum* Dn.
D. DANIELEM MICHAELEM, neq; Dn. M.
CHRISTIANUM ARNDIUM, insigni scientiā
atq; virtute *Philosophum*, Viros-Juvenes, præcoci fu-
nere sublato, publico eoq; recenti luctu requirere
desiit. Requirit eadem & luget nunc porrò canitie
venerandum Dn. D. JOACHIMUM STOCK-
MANNUM, peritum, & optimè meritum de utrāq;
Republicā, cum literariā, tum civili, *Medicum*, qui
& ipse Collegii Medici Senior, Senioremem ejusdem,
præcellentem Dn. D. JACOBUM FABRICIUM,
mortalitatis serie, anno nondum exacto infecutus,
ingens sui desiderium nobis reliquit. Dignus hic est
encomiis, quæ affectu rectius pleniusq; parari, quā
verbis reddi possunt. Interim exsolveamus debitum
Collegæ Seniori officium, & laudatissimæ ejus vitæ
historiam, à principio usq; ad terminum, ex amico,
eoq; nunc contristato pectore, ut fas est, referemus.

Nata-

584
Natale solum obtrigit STOCKMANNŌ nostro
Rostochium hoc nostrum, civitas quondam floren-
tissima, & ab Universitate studij literarum, cui hos-
pitium illa præbuit, per ducentos triginta & 4.
annos, exteris nationibus etiam hodiè celebrata.
Hujus dulcedine ductus STOCKMANNUS noster
servire commodis ejusdem per omnem vitam stu-
duit. Prodierat hîc in mundum, Anno Nonagesimo
secundo, seculi superioris; Natus Patre Clarissimo
Dn. M. ERASMO STOCKMANNŌ p. m. o-
lim Physicæ ac Metaphysicæ in hâc Academiâ Pro-
fessore laudatissimo, Viro probatæ virtutis ac fidei,
cujus fama non perindè terminata est, atq; vita tem-
poralis. Matre verò ELISABETHA NENNIA
honorabili Matronâ. Avum paternū habuit Civem
Hamburgensem, eumq; honesti nominis & condi-
tionis non vulgaris, LAURENTIUM STOCK-
MAN. Avum maternum Dn. GERHARDUM
NENNIUM, Philosoph. ac Medicin. Doctorem,
Mathematicum quoq; & Ebrææ Linguæ notitiâ, suâ
ætate insignem celebremq;. Sic non obscuris ortum
natalibus, & , quæ eminentior felicitatis pars est, in
gremium Ecclesiæ Civitatemq; Dei primo novi fœ-
deris Sacramento receptum, honestè postea ac libe-
raliter educavere Parentes. Ingenium propendens
in studia literarum, & aptum satis ad hæc, cum ad-
verteret, ostensum maturè in filio, Parens literatissi-

mus, nihil intermisit eorum, quæ facere ad suscitandum illud, & excolendum quocunq; modo videbantur. Jactis probè in Scholâ patriâ Linguarum & artium ingenuarum fundamentis, abiit hinc, anno ætatis suæ decimo quinto, Hamburgum, quæ Patris sui patria erat, & ibidem toto quinquennio literis porro diligenter incubuit, ductore usus, ut & hospite per biennium, Clariss. Dn. M. JOHANNES HUSWEDELIO, tunc temporis Scholæ Hamburgensis Rectore, &, ut antè, sic quoq; post in hâc nostrâ Academiâ, Græcæ Linguae & Philosophiæ Practicæ Professore celeberrimo. Ità vero tempore non inutiliter Hamburgi collocato, rediit STOCKMANNUS noster in patriam, & hîc titulum atq; dignitatem Magisterii, ab amplissimâ Facultate Philosophicâ faciliè meritoq; impetravit, annos natus viginti & duos. Istum igitur honoris gradum, tum in hâc Universitate nostrâ, ubi postea commoratus aliquandiu fuit, tum, Nobilibus Mecklenburgicis *Dn. Reventlowen & Dn. Raben* studiorum morumq; moderator præfectus, in Lipsiensi quoque & Marpurgensi Academiis egregiè exornavit. Medicinæ studium, cui se singulari quâdam propensione destinaverat, magnâ cum diligentia excoluit: Undè factum, ut Anno 1619. eoq; Academiæ nostræ Jubilæo, summos artis Medicæ honores ab Amplissimo Medicorum Col.

585

Collegio, Decano ac Promotore spectatissimo, Vi-
ro Excellentissimo Dn. D. JACOBO FABRI-
CIO, dignus iisdem iudicatus, communi cum ap-
plausu ac gratulatione referret. Honoribus au-
tem & titulis illis, cum Philosophicis tum Medi-
cis, non deluerunt officia publica, utriq; Facultati
convenientia, Siquidem perspectâ STOCKMAN-
NI nostri eruditione præclarâ, & apto ad docen-
dum alios ingenio cognito, commissa ei fuit An-
no 1622, ab Amplissimo & Prudentissimo hujus
Urbis Senatu, Physices ac Metaphysices Professio,
quam dum sustinuit, solennem Promotionem Ma-
gistrorum numero non paucorum, Decanus simul
ac promotor, nomine Facultatis Philosophicæ bis
peregit. A Philosophicis functionibus evectus est
Annô 1639, ejusdem Senatus suffragio, ad Pro-
fessionem Medicinæ, cui conjunctum Physicatus
in hac civitate officium. In utroq; munere tam
Philosophico, Metaphysices nimirum ac Physices,
quæ proxima ad Medicinam via est, quam Medi-
co, quoad quidem licuit per Praxin Medicam, eam-
que feliciter passim, cum intrâ tum extrâ hanc ur-
bem Ducatumq; Meckelnburgensem, exercitam.
(neq; enim ex uno duntaxat loco desideratum fuit
& petitum STOCKMANNI nostri consilium
pariter & auxilium) boni ac fidelis Professoris par-
tes legendo, disputando, aliaq; exercitia obeundo


explevit. In confessibus R. Concilii consilia dedit
pro emolumento Universitatis nostræ salutaria,
animiq; sententias nervosâ voce prudenter reddi-
dit. Magistratum Academiæ quater administravit,
bis nempe Physices ac Metaphysices, & totidem vi-
cibus Medicinæ Professor; & ita administravit Re-
ctor Magnificus, ut Disciplina Academica, cujus
rationem imprimis & curam accuratè habuit,
STOCKMANNŌ multum debeat. Conjugium
contraxit Anno 1620. cum Virgine ornatissimâ
METTA Krandonckſ / Reverendi ac devoti Dn.
VINCENTII Krandonckſ / Pastoris Ecclesiæ Has-
feldensis filiâ. Sed hanc, exacto vix septennio, se-
cundum beneplacitum Dei, è vivis sublatam, cum
viduus luxisset per quinquennium; transit deinde
Anno 1632. ad secunda vota, seligens sibi, domumq;
ducens, admodum Reverendi, Clarissimi & Excel-
lentissimi Viri Dn. PAULI TARNOVII, p. m.
S.S. Theol. D. Professoris, & Facultatis suæ Senioris
gravissimi, quem Nominis celebritas posteritati
commendat, filiam unicam, ANNAM, Virginem
lectissimam, nunc Viduam mœstissimam. Utrumq;
matrimonium nec pace optatissimâ, nec egregiâ
prole caruit. Ex prior enim, editi sunt STOCK-
MANNŌ, filius unus JOACHIMUS (sed hic de-
natus vicissim ætate tenerâ) & duæ filiæ, quarum
minor natus METTA, quæ & Matri piè defunctæ
cogno-


586
cognominis, & obitum ejus Anno 1627. lege mor-
tis, proximè sequuta fuit: Natus major MARIA,
superstes per Dei providentiam, nupsit Anno 1642.
Amplissimo & Coniulissimo Viro, Dn. JOACHI-
MO SCHNOBELIO, J. U. Doctore celeberrimo,
atq; Professore antehac de Universitate nostrâ præ-
clarè merito, Collegæ nostro desideratissimo, nunc
inclytæ Reipublicæ Stetinensis, (cujus nomine so-
lennes aliquot Legationes, quarum una nuperrimè
expedita, fideliter sustinuit) Syndico gravissimo.
Atq; ex hoc selectissimo Conjugum pari, vidit
STOCKMANNVS noster nepotes tres & duas
neptes, nempe JOACHIMUM FRIDERICUM,
NICOLAUM DIETERICUM, ANNAM MA-
RIAM, HENRICUM, & ANNAM JUSTINAM.
E quorum numero ANNA MARIA, & HEN-
RICUS, fati jam antè concesserunt. Reliquos, a-
mans parvulorum Senator, & suo Genero & Filia charis-
simis, tenerimè lacrymè, & orata coram benedictione,
avitâ atq; paternâ, in lecto cubens prorsus æger, non
itâ pridem à se Stetinum dimisit. Ex posteriori Conjugio
suscepit idem filium unicum PAULUM JOACHIMUM,
quem Parentis sui vestigia sequentem, juxtâ cum dictis ne-
potibus ac nepte, sospitem ac saluum Divina gratia præsta-
re dignetur! Finem vitæ quæ ipse spectat, paulatim cœpit de-
ficere STOCKMANNVS noster, & esse valetudine du-
bia, inprimis verò (quæ verba sunt Experientissimi Dni
Professoris Medici) ante septimanas decem, prostratâ pe-
nitibus ventriculi temperi, functiones inde prodeuntes mirè
labefa-

labefactas percepit. Hinc malo, indies crescente, ad Medicum animæ & corporis se recepit, & præviâ Confessione devotâ eiq; respondente Absolutione, Cœnâ Domini nostri JESU Christi, quam Vir Reverendus & Clariss. Dn. M. ENOCHUS SV ANTE NIUS administravit, refectus, ægritudinem corporis tantâ cum patientiâ tulit, ut prædicare eam non satis possint, quotquot ille sibi diu noctuq; præsentibus & ministrantibus habuit. De perseverantiâ admonitus, respondit. *Quid resistere ego vermis tam potenti Deo? Non abiiciam, bono cum Deo, spem ac fiduciam in Christum, quamdiu etiam in hoc futuro sum salebroso itinere. Portula est angustissima, per quam ingredi cogor in vitam. De cætero & audivit lubentissime & fudit ipse preces devotas. Factâ pridie ejus die, quo obiit, mentione Festi S. S. Trinitatis, quod tunc instabat, pie exclamavit. O venerabilis Trinitas! Commendatâ quoq; *Quædam Spem*, quâ Nicodemum excepit Salvator, respondit, *sic nostrum est quærere proximum, quærere Christum, naminem rejiciet &c.* Hâc animatus fiducia, ipso festo S. S. Trinitati sacro, horâ VII. matutinâ, cum antè jam filium suum PAULUM JOACHIMUM tria monuisset: *Time Deum, Ora ardentè, sive diligenter. Sic habebu Deum, in omnibus adjutorem;* inter preces astantium, Spiritum Creatori ac Redemptori suo placide reddidit, anno ætatis sexagesimo primo. Ista est laudabilis vitæ & insignis patientiæ STOCKMANNI nostri, Professoris emeriti, Senioris venerandi, *et c.* clausula. Utinam verò tanti viri præclaris virtutibus diutius frui liquisset Academia, Civitati & aliis, quibus profuit, quàm plurimis. Sed nihil nobis superest, nisi desiderium, idq; luctuosum. Ad hoc æstem exprimendum, Exequias beati Senioris solenniter paratas frequenti comitatu celebrabimus. Facietis, Cives Academici omnes & singuli, vel non rogati, quod merita pie defuncti Collegæ, Præceptoris, Ductoris, Medici, Benefactoris, Amici, quoniam nemini gravis, cuilibet utilis esse studuit, ultrò vos poscunt. Ut taceam, quid viduæ debeatur mæltissimæ, venerandi Theologi filix; quid optimis STOCKMANNI nostri Liberis, quid Genero ejusdem Clariss. Dn. D. SCHNOBELIO. Inter eundem in mentem nobis revocabimus deplorandam jacturam almæ matris nostræ, ex cumulatis magnorum virorum funeribus; & loco: iræ promeritæ gratiam indebitam à misericordii Deo in nomine Servatoris nostri exorabimus. P. P. Rostochj, sub Sigillo Academia, die*


X. Junii Anno 1653.

Conveniet fieri in Bde S. Jacobæ, ad horam primam à meridie.









the scale towards document



Quidem diversæ passim Philosophiæ
 circumferuntur descriptiones, quas
 singulas, & recensere, longum; & ad
 rationis, in præsentiarum, libellam re-
 vocare, tædiosum foret. Antiquissi-
 mam ego primâ facio: tanquã à Philo-
 sophorū, quos habemus, Primate la-
 tã, omniumque, rectè philosophanti-
 um, calculo, hactenus approbatã Pla-
 tonis ea est, digna profectò Authore,
 abus tantum voculis, **MEDITATIONE**, puta,
 lvatur. Censebat Divinus ille Vir, tantò nos eva-
 es, quantò vivaciùs consideremus mortem. Ne-
 ipso falsus est, cùm, quodcunque in Philoso-
 , circa mortis meditationem reperiamus. Mor-
 , quæ rectam vivendi rationem monstrat, atque
 it, quales esse in morte desideramus. Ea, animum
 quæ à verò nos abducere, aut aliquam, nomini
 m notam inurere possunt. Ea est, quæ do-
 , timorem pellit, tranquillitatem inducit;
 s casuum animum varietates firmat, adversus
 reddit, quando omnia ab eodem impedi-
 tantò paratior sit, sicubi res exiget, statim
 quando est faciendum, statim exire, quo ali-
 ndum, tabernaculo suo. Quæ enim ista mort-
 st, aut socordia, cùm cognati simus DEO, cùm
 terris animal, præter hominem, cognitione.

DE